tus es in exilio: ⁊ penuriam ac magnā paupertatem pertuliſti: quia tui te non receperunt: ſed mox ab ipſo exordio te contempſerunt. Et poſt mortē herodis reuocatus es ab egypto. ⁊ in nazareth perductus: ibiq; parētibus humiliter ſubditus fuiſti. ¶ De inuentione ieſu in tēplo: ⁊ de ſctā ⁊ occlta vita ei⁹.

Gracias ago tibi dn̄e iheſu criſte ꝙ duodecim annos nondū impleueras: ⁊ in templo ſediſti: in medio doctorum interrogās ⁊ audiens illos: plus vero docuiſti dum prudēter interrogaſti. Et preconia ꝓpria in eſaia legiſti: ⁊ tu fili dei viui creſcere cepiſti etate ⁊ ſapientia apud deū ⁊ homines et trigintatrib⁹ annis ſeruiēs fuiſti ꝓpter noſtram ſalutē: ⁊ conuerſatus es inter hoīes pie. iuſte ⁊ manſuete: humiliter ⁊ patienter: vt dares nobis exemplū viuendi. Rogo te piiſſime ieſu ſuper oēs virtutes: in ꝗbus vitam tuā peregiſti: vt facias me creſcere ⁊ ꝓficere in oī ſpirituali felicitate: ⁊ ꝗtidianis incremen-

tis omniū virtutum ad laudē ⁊ gloriā
nominis tui. Qui cū. ¶ De baptiſmo
Jeſu ⁊ eius ieiunio in deſerto.

GRatias tibi ago dñe Jeſu criſte
qui in ſcō baptiſmate tuo: qđ accepiſti
in iordanis flumine cōſecraſti ⁊ ſacrifi-
caſti fontem nr̄i baptiſmatis: ⁊ ibi ſan-
cto iohanni tuā glorioſam trinitatem
oſtendiſti: ⁊ poſt baptiſmū ductus in
deſertū ibiq̄ in magna abſtinētia ⁊ acer
bitate fame ⁊ ſiti: frigore ⁊ eſtu. labo-
raſti: ventis ⁊ ymbribus: anguſtijs ⁊ ce
teris infirmitatibus hominū ſubditus
fuiſti: ⁊ multas noctes in orōnibus et
lachrimis pernoctaſti: ⁊ q̄ cibus ange-
lorum ⁊ hominū fuiſti. cū ieiunaſſes
quadraginta diebus ⁊ q̄draginta no-
ctibus. poſtea eſuriſti ⁊ ſitiſti: tentatio-
nes illuſorꝝ ſpirituum equanimiter per
tuliſti. O bone ieſu rogo te per oēs ſan
ctas ⁊ deuotas orōnes quas effudiſti
in illis quadraginta diebus ⁊ noctibꝰ
⁊ quas vnq̄ ꝑ nobis effudiſti in cōſpe
ctu dei patris: ⁊ per oēs ſanctas ⁊ per-